Clemens IIII^us. Post huius obitum vacavit papatus annis tribus et amplius; tandem fuit vocatus quidam Theodaldus de Terra Sancta canonicus Leodiensis ad papatum; unde versus:

Post subitum saltum fertur Theodaldus in altum

Ex odio fratrum fit pater ipse patrum.

Vocatus autem iste est Gregorius decimus, de quo quidam dixit:

Gregorius denus congregat omne genus.

Iste in Lugduno tercio pontificatus sui anno celebravit concilium magnum presentibus quasi omnibus mundi prelatis, Grecis, et Tartaris, ibi statuit dari decimam sex annis continue a se ipso, a cardinalibus, a patriarchis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, cuiuscumque ordinis, et universo totius mundi clero, in subsidium Terre Sancte. Tempore illius concilii quod duravit duobus mensibus multi mortui sunt, ibidem episcopi et nobiles clerici et layci.

Gregorius denus

Innocentius V^us.

Adrianus. Iste fuit dyaconus cardinalis et ante consecrationem mortuus est; stetit enim in papatu diebus 14.

Johannes. Iste studens in camera sua cadente testudine super caput eius mortuus est.

Nicolaus. Iste Karolum regem de Urbe eiecit, et suum fratrem senatorem fecit, anno pontificatus sui secundo. In vigilia apostolorum Philippi et Iacobi factus est terremotus magnus valde Rome et in Tuscia et duravit 4 diebus et 4 noctibus, et ceciderunt multa menia, multe turres, multi mortui sunt sub ruina turrium et edium suarum.

Martinus. Honorius. Nicolaus. Celestinus. Bonifacius. Benedictus. Clemens.

Die Schlüsse von anderer Hand von oben [illegible] werden:

Celestinus qui papatum resignavit et ad heremum redeit

Bonifacius VIII^us qui sextum decretalium compilavit

Benedictus de ordine predicatorum

Clemens V^us prius archiepiscopus Burdigalensis

Es folgt:

Hec est ordo et numerus et ratio omnium cardinalium secundum institutionem primitivam.

„In ecclesia triumphanti etc. [illegible] aller und [illegible]

Hec sunt nomina omnium imperatorum a nativitate domini nostri Ihesu Christi.

Octavianus Augustus bis Mychael

Karolus Magnus. Iste 4 episcopatus Magunt. Colon. Trever. Salzeburgen. multis dotavit.

weiter Lodowicus. Berengarius. Conradus. Berengarius. Lothariis. Berengarius

Otto. Iste primus fuit imperator ex Aleman. et post eum omnes Alemanni.[a]

[a] hic incipit vocabulum cod.

[illegible] bis Otto Saxo.

Fredericus imperator ult.